


IUDICIVM
C O M O E T I S V I S I I N H O
risonte Cracouiensi, diebus Marci,
Anno 1556. Item & alterius
in vltimis diebus Martij accen-
si, in eodem finitore, diligen-
ter fideliterq; conscri-
ptum.

A V T O R E.
M. Petro à Proboſſczovvice,
Astrologo Cracouieñ.



C R A C O V I A E
In Officina Hæredum Marci Schara-
ffenberger, Anno. 1556.

229149

MF



AD BENIGNVM L
C T O R E M.

SAgax natura, quam sit sollicita eatum rerum, quæ ipsa parturierit, produxeritue benigne Lector, ex signis & prodigijs indies obtutibus sese hominum offerentibus manif esto nobis constat, quarum auctionem, intermissionemq; non vult occulte clamue, necq; in melius promouere, necq; ire pessum, quin prius submoueat, & exhortetur oculatosq; ipsos faciat mortales, ut vel ad fœlicia sint parati suscipien, aut etiam aduersa fortiter constanterq; tolleranda. Necq; mirum cuiq; vide ri debet. Nam hac nosira ætate iam oportet, necesseq; est, ut cœlum ipsum, sua pandat sacra mortalibus, præsertim cum thaumaturgi desunt, qui inquietos, & perturbatos mortales & in uarias defluentes opiniones, suis miraculis tranquillos efficiant, vnde autem id procedat secundum artem professionis noſtre, non ex alia quap iam causa reor, nisi ex constellationibus cœlestibus, quarum ut variis motus conspicimus, ita etiam in homini bus actioes varias diuersas dissuntas, inæquales, vt iam modo cernere licet, nihil charum blandumne haber i cuiquam, nisi quod unuscuiusq; cerebro innascatur. Pro virili itaq; nostra rimabor, pandamq; sacra nature, tanto diligentius, faciens descriptionem Comœ

A n t i c

etis primo accensi, & alterius nondum extin-
cti, vbi vero (ut fieri solet) non omnibus ad
palatum mea erit disquisitio, potius difficulta-
tati, abstruseq; indagationi archanorum na-
turæ putamus adscribendum, in quibus per-
uestigandis ipse Aristoteles philosophorum
princeps parum absfuit, quin in vestibulo ip-
sius heserit impegeritq; inquiens in hæc ver-
ba. Sicut se habet oculus nocticoracis ad lu-
men solis, ita intellectus noster ad ea quæ sunt
manifestissima in natura. Tuum erit optime
lector, nostram hanc non leuem certe operā
boni æstimare, & pro his quæ nobis Deus
optimus maximus per astra, alioqui infalli-
bilia instrumenta sua, monstrare dignatur, ex-
cipiendis sese præparare, rebusq; tuis fo-
liciter consulere. Propositum itaq; no-
strum aliquot Capitulis absolu-
mus, ab accensione vtriusq;

Comœtis exordio

sumpto. Vale.



DE APPA=

RITIONE, ET ACCENSI
one Comætarum in horizonte, cele-
berrimæ vrbis Cracouieñ, anno
currenti. Caput primum.

EX causis Astrologicis penitus
peruestigatis, & relatu plurimorū,
visus est primo, & accēsus Comœ-
tes in horizonte nostro die 3 Martij
nocte seqñti, id est feria tercia post
Dominicam Reminiscere, incœpit=
q; ardere in vltima facie signi Vir-
ginis circa sydus cœleste quod dici
tur corona septemtriōalis, cuius in
crastino spectatores fuimus, sabba-
to diligentius, sic & sequentibus die-
bus, motum eiusdem, magnitudinē,
colorem, splendorem, formam, diu-
turnitatem, situm, locum, habitum,
ad solem, & situm orbis, diligentia
qua poterat maiori, cū instrumētis
Astronomicis obseruauim⁹, usq; ad
A ij finalem

finalem extinctionem eiusdem, qua
peracta ē die 17 Martij fere, i. feria 3.
post Dominicam Letare.

D E M O T V E I V S D E M.

Caput Secundum.

Natus est iste Comætes vt d xi
circa sydus coronæ septentrionalis
motu tandem veloci accessit ad de-
xtrum humerum syderis Boetis in
quo ónibus lucidus apparuit. Mo-
uebatur tandem motu suo proprio
retrograde proprius ad polum arcti-
cum in sinistro humero Boetis, tan-
dem accessit ad vltimam stellam
caudæ vrsæ maioris, vbi videbatur
modicum pausare, aut saltem tardi-
us moueri. Sequentibus tandem di-
ebus, diligent obseruatione perspe-
ctum est, ex signo virginis, mouisse
se eundem, motu proprio in Leonē,
Cancrum, Geminos, Taurum, sin-
gulisq; noctibus proprius actedens
ad

ad polum arcticum, ubi cum venit
ad sydus Cephei, in pede ipsius de-
xtra extinctus est.

¶ Alter tandem accensus est die
vltima Martij. i. feria tercia post
Palmarum nocte sequenti, qui in oc-
tauam diem Aprilis cum hac scripsi-
mus arsit, qui oriebatur ante solem
singulis diebus, hora 7. tandem oc-
tauat luccescens usque ad diem. Primus
vero quia circa partes celi pera-
grauit, quae nobis non ostendunt, sed
perpetuo apparent, totam noctem
nobis luxit, apparebatque nonque pri-
us disparuit, quam dies illuxit. Mo-
tum vterque tenuit retrogradum. Is
vero postremus natus est in primis
gradibus Aquarii, tandem mouit se
per Capricornum.

D E C A V S I S C O M O E T A
ruim. Caput Tercium.

Astronomi dicunt causam esse
Cos

Comœtarum planetas, qui, cum p= agrént signa triplicitatis igneæ, plæ runq; tales effectus ignitos generat ut anno currenti superiorum plane tarum conspicimus, Martē videli cet Saturnum, & Iouem. Ad id alludit Aristoteles capite septimo in suis Meteororis. Cometa iquit, ē exhalatio terrestris, calida & sicca, pinguis & viscosa, virtute astrorū ad supremam aeris partem eleuata atq; ibidem incensa. Quæ materia huiusmodi non eleuatur tota simul sed pars post partem, nam dum pri or pars incenditur, posterior succedit, & tanq; nutrimentum incendit. Durat itaq; quoad conueniens pa bulum sustollitur. Cessat vero, def ficiente iam materia.

D E I M P R E S S I O N I B V S
ignitis in aere plærunc; apparenti
bus. Caput Quartum.

Ptho-

PTholomæus libro 2. Apoteles-
matum capite 9, sic habet. In aere
inquit tria esse genera apparitionū,
& accensionum ignitarum. ¶ Pri-
mum est, quæ in sublimi videntur, et
non sunt, sed quæ tantū fiunt ex col-
lisione visus, hæc etiam nullam ha-
bent substantiam, ut sunt Areæ &
virgæ, quarum in mense Martio, an-
no currenti magna vis in cœlo, in lo-
cis diuersis apparuit, & indies appa-
ret, ut & nos, & alij fide digni oculis
ipsis, qui sunt sensuum certissima or-
gana lustrauimus. ¶ Aliud est
genus, quod substantiam habet, ac-
cēsisq; humorib; vere fiunt, ut sūt
trabes, iacula, & Iris. ¶ Tertium
est, quæ media sunt, & naturā medi-
am, inter corporeā & imaginariam
suscipiunt, de quorum numero est
Comætes, sydera volantia, traiecti-
ones ignitæ, & huiusmodi.

B

De

D E G E N E R I B V S C O M O E
tarum. Caput Quintum.

P Rimum genus Comœtarum ē quod habet caudam circum circa vocaturq; Comœtes. Alterum est cum in vnam partem tantum crines feruntur. Tertium est caudatum quod caudā habeat & de hoc genere nostri Comœtes apparuerunt nobis, quorum primus semper caudam porrigebat suā versus meridiem. Alter etiam, sed dissimiliter & inconstanter, nunc in ortū, nunc in meridiē, interdum in septemtrionem, ut experientia didicimus.

D E D V R A T I O N E C O M O E
tarum. Caput 6.

V T aetepimus ex veteribus scriptroribus, durant incerto temporis spacio, aliqui enim per integrum annum apparent, sed hoc rarissime, ut testa-

testatur Iosephus libro 7. de bello iudaico, de Comæte viso, qui ante excidium Ciuitatis Hierosolimitane, integro apparuit anno, aliqui sex mensibus, reliqui diebus 30. interdū 20. Nullus tamen ante septimum diem extinguitur teste Plinio libro 2. Cap. 25. naturalis historię. Noster autem comœtes prior durauit diebus 15. & vltra; alterum expecto, quando extinguetur.

D E L O C O G E N E R A T I O-
nis Comœtarum. Caput
Septimum.

SVb æquinoctiali circulo quan-
doq; generatur, sed raro. Etiam cir-
ca tropicum hyemalem, atq; alibi;
Frequētius in septemtrione circa
arctos utramq;, & sydera ibidē con-
sistētia, & precipue in via candida
à tropicis citra.

B n̄ De

DE COLORE EORVM
dem. Caput Octauum.

Color apparens in Comete
fuscus & obscurus attestatur su-
per dominium Saturni. Qui vero
conspicitur exacte candidus, dici-
tur esse Iouius. Qui exacte rutilus
Martius est. Qui flauus, venerius ē.
Qui tandem totus varius, in tali cō-
spicitur tota vis Mercurij. Noster
itaq; Cometes, visus est fuscus, &
obscurus interdum & varius, hinc
iudicamus illū esse de natura Mer-
curij & Saturni. Posterior quoq; e-
iusdem coloris, & adhuc subobscuri-
oris etiam apparuit.

Q V I B V S A N N I T E M P O-
ribus magis apparent. Caput. 9.

Frequenter in vere & autumno
præsertim quando est coniunctio
Saturni & Martis in signo triplicita-
tis igneæ, vt anno currenti euenit,
quia

quia tunc fortior calor est, qui ma-
teriam, in sublime sustollat, raro i-
tē in æstate & hyeme. Aestate pro-
pter calorem, qui materialē consu-
mit, aut dispergit. Hyeme vero pro-
pter frigus, quod exhalationem ca-
lidam sustollī prohibet.

D E M O T V E O R V N D E M.
Caput Decimum.

Comœtes triplicem motū ha-
bere potest, vnum ab oriente
in octidentē, alterum ab octidente
in orientem. Tercium diuersum, ve-
luti ab octidente in meridiem, vel à
Septemtrione in octidentem. No-
ſſer etiam prior Comœtes fere om-
nes tres motus complexus est, nā
mouebatur ab oriente in octidentē
item ab octidente in orientem retro
grade, tertio à meridie in septemtri-
onem, & motu sensibili, velociqz, vt
instrumentis deprehēsum est astro-
nomicis.

B ij De

DE NATVRA COMOETARVM.

Caput Undecimum.

Perterrit plurimos iſus Co-
mœtes in Martio, at scire debe-
mus Comœtes non semper esse ma-
los, vt qui sūt de natura Iouis & Ve-
neris, sicut apparuit Comœtes bo-
nus in Natali domini nostri Iesu
Christi (vt recentiores tradunt) qui
perduxit magos illos ad præsepe in
fantis, & pauperculæ matris eiusdē
& iste Comœtes vt scribitur, mag-
num prophetam venturum signifi-
cabat. Reliq vero, vt Saturni, Mar-
tis & Mercurij, hñ plæruncq mala
prognosticant, prænunciantq r-
talibus.

QVID PRAESAGIVNT COMOE-
tes in vniuersum. Caput 12.

Notum est illud distichon vulga-
re

Octo mala fulgens Comœta per aera signat.

Ventus, sterilitas, aqua, pestis, dominatur.

Rixa fit & tremor, moritur dux, mutatio regni.

Hoc

Hoc expressius partes interpretando aliquas sterilitatem inquit denotat, quia ob multam siccitatem, humorumq; defectum, terra fit sterilis. Siccitas quippe est fructuū nō uerca, quorū mater est humor. Mortem etiam principum, quia illi ceteris delicatius viuunt, alimentoq; videntur subtiliori, proinde possunt faciliter intoxicari. Pestem quoq;, quia aer inficitur ex grossis & nebulosis exhalationibus, quas animalia respirando hauriunt, inficiuntur itaq; ac intereunt.

COMOETES QVALEM HABEANT actionem in hæc inferiora

Caput 13.

PTHOLOMÆUS verb. 98. huiusmodi stellas videlicet Cometas in aere apparen*ti* secundariā dixit habere vim. Primariā autē virtutē tribuit planetis, quæ tandem redūdat in stellas secundarias, ipsos videntur Cometes,

tes, ut supra diximus. Proinde sapiētes dicunt, Comœtes non esse causas rerū futurarū, verū gna, effectū iā præsentiu, ex causis iam ante transactis persistentiū. Qui Comœtes si motu suo plures partes mundi perlustrant, tūc multis climatibus regnis, ducatibus, prouincijs, ciuitatibus quoq; primarijs, diuersa mala quāuis etiā, & aliquā bona, per acti- dēs tamē, ut supra dictū est porten dere dignoscuntur.

QVALES EFFECTVS PRIOR.
Comœtes producit. Caput. 14.

P Riorem dixeramus Comœtē s se de natura Mercurij & Se ni, & hoc accepta noticia, ex coloribus ipsius varijs, vñ presens Comœtes ē prenūcius, ventorū, seditionū, diuersarum hæresū, belli quoq; propter principatū, tū etiā sterilitas, bel li quoq; diuturni, variarū præterea egritudinū, ut lepræ, scabiei, paralisis

sis, & omnium cutim corporis de-
turpantium, vertiginis quoqp, ma-
nie, & simillium, quæ sensus con-
fundunt humanos, & male cogunt
sapere. Et qa cotra ordine ferebat,
qa de signo Virginis in Leone, Can-
crum, tandem in Geminos, Tauru, qui
motus est primi mobilis, atqz ob id
à Deo, vel supremo rectore, eo ma-
gis, vt dixi prænunciat hæreses, &
legum turbas, quibus nulle sunt cru-
deliores, cum in omnibus malis ali-
is, homines sciant se mala facere, sed
in seditionibus legum, & hæresibus,
& bellis, propter diuersas leges su-
scitatas, homines cu scuiant in reli-
quos, nihilominus vidente, quasi ni-
hil interim mali agat, aut omnia e-
gregie simulant, hoc idem attestate
Mars & Saturnus tempore appari-
tionis Comætis, & finis ipsius in si-
gno æquinoctij costitutus propter cu-
is signi infectione, mortalitas & pe-

C stis

stis, tā in hominib⁹, quā etiā in pē-
coribus, pecudibusq; etiam in pisci-
bus, propter combustū Mercurium
expectatur. Aer quoq; subinde vari-
us, siccus, ventosus, adurensq; con-
spicietur, futuræq; calamitatis fru-
mentorū prænuncius. Eosdem &
alter effectus prænunciat, diuersis
tñ in regiōibus, vt inferius dicemus.
IN QVIBVS REGNIS, ET DO-
miniis effectus Comœtis apparebūt
vtriusq;. Caput. 15.

Signa cœlestia, quæ emensus est
proprio motu prior Comœtes,
vt Virgo, Leo, Cancer, Gemini, Tā-
rus, syderaq; quibus interim iunct⁹
erat, vt Boetes, Vrsa maior, Erich-
tonius, Perseus, Cepheus, &c. Atte-
stantur super regna & dominia: Im
primis ergo effectus prædictos per-
cipiet, Grecia, Candia, Cyprus q; in
sulæ, Albânia, Anglia, Turcia, Italia,
Apulia, Francia, Babilonia, Arme-
nia,

nia, Afrika, Egiptus, Hiberniaq; &
Asia, Silesia item. Bohemia, Poloni-
aç; maior. Austria quoç; Hungaria,
Dalmatia, Ciuitatesç; eorundē reg-
norū insigniores. Necç Poloniam
minorem ab hisce malis liberam cē-
semus, cum tēpore apparitionis v-
traç; infortuna stetit in diametro a-
scendēti s Comœtis. Aduersarios er-
go possibile est experietur, & inte-
stinum quiddam, quod fere omni-
bus ordinibus magnum & laborio-
sum facesset negocium, id Saturn⁹
& Mars iuncti tempore arsionis co-
mœtis prænunciant. ¶ Alterius e-
tiam secundo accensi effectus erūt,
in Persia, Dacia, Suecia, Noruegia,
India, Lusacia, Lithuania, Malouia,
Prussia, & fere in iisdē regnis & do-
miniis uti prioris, qui tamen cū non
dū exarsit, etiam illius integrū dari
iudicium nequit.

C ii Quam

QVAM INTENSOS, ET QVAM
vehementes vterq; Comætes pro-
ducet effectus. Caput. 16.

Spectādo vtriusq; Comætis ma-
gnitudinem (quæ denunciat, et
claros, & vehementes, calamitosos= =
q; effectus) prior quidē magnitudi-
nis erat iuste, subobscurus, liuidus,
fuscus, corporis maioris, criniūq; ló-
gorū. Alter vero erat minor & in-
corpore, & in crinibus, itaq;, cum v-
terq; iuste quantitatis erat, & mag-
nitudinis, proinde nō excellēter no-
tabiles, celebresq; denunciant effec-
tus, sed tales, qui infra terminos con-
sistant mediocritatis. Sed tamen cū
vterq; Comætes sit de natura Mer-
curii, & Saturni, hoc magis cauen-
dū, mutationem, annihilationemq;
in rebus quas superius nominaui,
nam vterq; id peraget, quod propri-
um est suæ naturæ, & id quidem nō
aperte, sed qua maiori potest tac-
tur

nitate, Mercurius vt persuadeat audacter, insolenterque rationibus, etiam cum magna iunctis astutia, vt prudente oportebit esse cui non imponeatur. Saturnus vero simulatione, hypocrisi, fucata pietate, vt id mali, quod illi denunciant, veniet, opprimetque mortales, qua parte non spectabitur, & præsertim in eo, in quo diligentes, & curiosi malunt videri, quam esse.

QVANDO PRAEDICTI EFFEC-
tus, initium sument. Caput. 17.

Prior Comætes, cum statim in crepusculo post horam primam noctis, nobis oriebatur, interdum etiam & velocius, vt est sublimi loco conspiciebamus frequenter, ostendit, quod effectus suos velociter, & sine qua uis mora, post decursum usque ad unius mensis producit. Posterior vero quia oriebatur hora 6, postea 7, deinde 8, proinde effectus erunt tardi.

C in ores

ores vczt post 6. menses, a tempore re-
accensionis & vltra.

QVAM DIV DVRANT EFFEC-
tus Comœtarum. Caput 12.

TRifariam finiunt effectus Co-
mœtarum. ¶ Primo per se fini-
ta vi, quemadmodum contingit in
omnibus causis naturalibus. ¶ Se-
cundo superueniente alio Comœta:
qui vel contraria sit natura, vel vi
sua, aliud agendo, inuertat prioris
decreta. ¶ Tercio, si aliqua Eccliy-
psis vel coniunctio superiorum, na-
tura contraria, in contrarjjs Comœ-
te locis fiat. Nostrorū vero Comœ-
tarū ex quo vterq; paruo corpore
apparuit, paruis crinib; colore sub
obscuro, & tenebroso, possibile est
effectus eorū nō longo tēpore dura-
turos, teste Ptholomæo, & interpræ-
te eius Halihabenrodā. Comètes in-
qt si oriētal is extiterit, breui iniciū ē
habiturus effectus, si vero octiden-
talis,

talis, tarde. Quamuis motus eorū
maiorē incutit mortalibus timorē,
prænunciatiue, quē cū peregerūt re=
trograde, sczāt ut dixi hæreses, opini=
onesq; varias suscitari, & legū mu=
tationes, seditionesq; quæ in mundo
nulla peior contingere pot res mor=
talibus.

QVIBVS HOMINIBVS NOCE=
bunt Caput Ultimum.

Illis primo qui habuerint ascen=
dens sue genesis locum Comætis
Et præterea signa per quæ retroce=
debāt Comæte. Etiā illis, qui habu=
erint significatores vitæ in signis pre=
dictis. Quibus vero in culmine cœli
contigerunt, aut in diametro, vel in
tetragono aspectu, alij quidem e=
uertent dignitatem & statum, alij
vero in summo constituerint, prout
natura loci & geniture fuerit:

